

ius boni publici redanda et; uti post Baldum in l. Priiceps. ff. de Legibus. bene observat Strein hic num. 4.

11 Sic rarius successor potest conveniri vi scripti contra antecessorem impetrati. arg. c. Dilecti. 17. de Foro compe. & ibi conveniri potest & debet haeres, ubi conveniendus erat defunctus. l. Haeres absens. 19. pr. ff. de Judicis: ibi: Haeres absens ibi defunctus est, ubi defunctus, & conveniendus. Sic etiam laicus haeres Clerici, lite cum defuncto jam contestata, coram Judice Ecclesiastico convenitur, & e contra. Strein hic. cum communi DD. arg. l. Venditor. 29. ff. eod. quorum ratio est; quia haeres cum defuncto fictione Juris eadem censetur esse persona. Novell. 48. pr.

12 Porro defuncti jus active & passive ita haeredi adhaeret, ut etiam impediat ea, quae alias eidem aliunde competunt; sic enim si mater bona paterna filii vendit, quamvis male agat, tamen si filius haeres matris esse velit, non potest sic vendita recuperare dicendo: ego haec vendita bona reperi, non ut haeres matris, sed ut bona mea a patre mihi relicta. l. Cum a Matre. 14. C. de Rei vindic. Sic etiam, si filius rem aliquam, paterno testamento alienari prohibitam extra familiam male vendat, non potest hujus vendentis haeres alienationem revocare, dicendo, se in re alienata fuisse substitutum, consequenter eam a defuncto non potuisse alienari. l. Filiusfamilias. 114. §. 15. ff. de Legat. I. & l. Vindicantem ff. de Evic.

13 Objici solet contra Regulam: Mors omnia solvit. Novell. 22. cap. 20. pr. Ergo Jura non transeunt ad haerem. Sed Respond. hoc intelligendum esse de merè personalibus talibus, quae personae ita sunt propria, ut alteri convenire nequeant, indeque cum ipsa pereant: qualia sunt vota merè personalia, quae morte voventis omnia solvuntur, & extinguuntur, nec ad haeredes transeunt, uti cum communi aliorum diximus Lib. III. Tit. 34. de Voto & voti re- dempti. n. 4. Item quoad crimina, & poenam criminalem, ne ulterius progrediatur poena, quam delicta. l. Bancarius. 22. C. de Penis. ibi: Peccata igni sui veniant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum, nisi forsan ex delicto defuncti aliquod commodum ad haerem pervenerit; circa hoc enim etiam haeres tenetur, & conveniri potest. l. In haerem. 26. ff. de Dolo. Ne alieno scelere distur. l. un. C. ex delictis defuncti. & l. Quod turpiter, vel scelere quasum est, ad compendium haeredis non debet pertinere. Secus est de realibus juri- bus, quae minime solvuntur morte, per dicta & probata haecenus.

14 Objicitur 2. Donator habet jus revocandi donationem ob ingrattitudinem donatarii, quod tamen jus non competit haeredi, textu expresso c. fin. de Donat. ibi: Propter ejus ingrattitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris ponit eum revocare: si forte in ipsum impus manus iniecerit, aut sibi atrocis injurias, seu grave reum juratum damnum, vel vitia periculum inferre praesumpserit; quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores. junctâ l. fin. C. de Revo-

cat. Donat. R. sp. cum Gloss. in cit. c. fin. §. Etenim. Jus revocandi donationem ideo non competere haeredi, quia donator tacendo, & non revocando, sic- que moriendo praesumitur injuriam ingrato donato- rio remississe, forsitan eo fine, ut & ipse facilis veniam impetret a Deo suorum peccatorum. Remit- tens autem jus suum nec ipse amplius illud revocare potest, multò minus haeres ipsius. can. quam pericu- losum. 8. ead. 7. q. 1. ibi: nec recipere id postmodum poterit, quod semel cessit. & l. Quarta. 14. §. 9. ff. de Adlit. Edict. ibi: Remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus.

Objicitur 3. Marito illud privilegium competi- 15 ne conveniatur de restituenda dote ultra id, quod commodè potest, & tamen haeres illud totum resti- tuere debet. l. Maritum. 12. ff. Soluti Matrim. ibi: Maritum in id, quod facere potest, condemnari, ex- ploratum est: sed hoc haeredi non esse praesumendum, ergo haeres non succedit in omne jus defuncti. Resp. Hoc esse privilegium merè personale mariti quâ talis indeque sicut alia privilegia merè personalia cum persona extingui. l. Quia tale. 13. ff. Soluti Ma- trim. ibi: Quia tale privilegium personale est, & cum persona extinguitur.

Queritur II. An. & quales Fallentias habeat 16 Regula XLVI? Resp. Quamvis Regula alias pro- cedat in omnibus contractibus, tamen Fallit 1. in Mandato. l. Qui negotia. 34. §. 1. ff. Mandati. 2. in Contractu societatis. l. Actio. 65. §. 9. ff. pro Socio. ibi: Morte unius Societas dissolvitur -- nec haeres socii succedit. 3. in Precario; licet enim precarium etiam ad haerem illius, qui precario concessit, transeat; tamen non transit ad haerem illius, qui precario rogat. l. Cum precario. 12. §. 1. ff. de Precario. ibi: Precario rogatio, & ad haerem ejus, qui concessit, transit: ad haerem autem ejus, qui precario roga- vit, non transit; quia ipsi duntaxat, non etiam ha- redi, concessa possessio est.

Fallit 4. in Donationibus inter virum, & uxore- 17 rem; haec enim à donantibus revocari possunt, non item ab haeredibus ipsorum, sed confirmantur morte donantis. l. Cum hic status. 32. §. 2. ff. de Donation. inter virum & uxorem: nisi donans ante mortem po- neat, & donationem revocari tacite vel expresse. cit. l. Cum hic status. §. 4. ibi: Sed ubi semel donato- rem pavituit, etiam haeredi revocandi potestatem tri- buimus, si appareat, defunctum evidenter revocasse voluntatem. junctâ c. fin. eod. ibi: quae tamen penitus evanescit, si revocetur ab eotacite vel expresse. Quan- do autem tacite revocata censetur donatio inter virum & mulierem, sufficienter declaratum habetur lib. IV. Tit. 20. de Donation. inter virum & uxorem. §. 1. à num. 21.

Fallit 5. & quidem universaliter in cunctis privi- 18 legiis merè personalibus, utpote quae ad successio- rem nunquam transeunt, sed cum persona extingui- untur, prout in similibus jam diximus supra nu. 15. Quia universaliter juxta l. In omnibus. 68. ff. de Reg. Jur. In omnibus casibus id observatur, ut ubi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, bene- ficiam quoque deficiat. Concordat Regula 7. de Reg. Jur. in 6. Privilegium personale personam sequitur, & cum persona extinguitur.

REGULA XLVII.

Præsuntur ignorantia, ubi scientia non probatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Regula unde?
2 Intelligenda est de sola ignorantia facti:

- 3 Et quidem alieni.
4 Ponitur verus sensus Regulae.
5 Declaratur exemplis: & seqq.
7 Papa per suas leges non censetur derogare statu-

Regula XLVII. Præsuntur Ignorantia, &c. 81

- 115 & consuetudinibus locorum, nisi exprimat.
8 Ubi præsuntur scientia, alligans ignorantiam, eam probare debet.
9 Potest probari triplici modo.
10 Fallit Regula in notoriis, & in iis, quae scire debemus ex officio.

Hæc Regula multum concordat cum Regula 13. de Reg. Jur. in 6. Ignorantia facti, non Juris excusat. eamque ulterius d. clarat: & defama- ta censetur ex iisdem legibus.

Queritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Quamvis Regula ista generaliter loquatur, tamen de sola Ignorantia Facti, non Juris intelligenda venit, uti post Dynum bene observat Gloss. hic communiter recepta, quia eorum, quae Juris sunt, non ignorantia, sed scientia regulariter præsuntur, indeque ignorantia eorum non excusat, per dicta supra ad cit. Reg. 13. de Reg. Jur. in 6.

Immo non de quavis, sed de alieni duntaxat facti ignorantia intelligenda est; quia propria facti ignorare, nemo prudenter præsuntur, per dicta ad cit. Reg. 13. ubi etiam declaratum habetur, quid sit Ignorantia ut sic: & quid ignorantia Juris & facti, proprii & alieni.

Resp. II. Verus sensus Regulae hic est: Facti alieni Ignorantiam habere in d. dio quavis præsuntur, nisi probetur, eam tale factum scivisse. Ratio Regulae est, quia, uti jam supra ad Reg. 13. n. 10. dictum est, facta aliena ferè innumerata, ac diversa sunt, indeque etiam experitissimos, & prudentissimos facile latere, & fallere possunt, uti dicitur l. 2. ff. de Jur. & Facti Ignorant. consequenter stante dubio in judicis Ignorantia merito præsuntur, ita: ut onus probandi scientiam transeat in adversarium, qui, si eam non probet, hoc ipsò jam Ignorantia facti ex præsumptione, sufficienter probata, & ignorans pro excusato habetur, uti post Gloss. in l. 1. C. ad S. C. Macedon. bene docet Barb. hic n. 2.

Declaratur, & firmatur Regula exemplis Juris: Sic enim si quis in Clericum clericaliter non incedentem, indeque ex præsumptione ignorans, eum esse Clericum, manus violentas injicit, non excommunicatur, c. si vero. 4. de Sent. Excom. Sic etiam dominus ignorare præsuntur, servum suum militiæ nomen dedisse, indeque servi restitutionem petere potest l. super servis 6. C. qui militat. poss. Sic insuper tutor præsuntur ignorare, se tutorem esse constitutum, ac propterea pupillus adversarius probare tenetur, illum hoc scivisse. l. Hoc autem 6. ff. de Administratione, & Periculo Tutor. ibi: Hoc autem, quod cognovit tutor, pupillus probare debet.

Sic ulterius ignorare præsuntur pars litigans, sententiam definitivam contra se latam fuisse, ac propterea fatalia appellandi e non currunt, nisi à die notificatae sententiae, l. 1. §. fin. ff. quando appelland. ibi: si adversus absentem fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est.

Sic rursus Summi Pontifices, quia praesumuntur ignorare particulares consuetudines, & statuta locorum, tanquam quid facti alieni juxta Regulam, generalem derogare non censetur, nisi expriment, elegantia textu c. 1. de Constit. in 6. ibi: Licet Ro-

manus Pontifex (qui jura omnia in scripto peccatoris sui censetur habere) constitutionem condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscatur; quia tamen locorum specialium, & personarum singularium consuetudines & statuta (cum sint facti, & in factis existant) potest probabiliter ignorare, istis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem à se noviter editam (nisi expresse caveatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare.

Objicitur autem contra Regulam: Dantur multi casus, in quibus etiam facti alieni ignorantia non præsuntur, sed probari debet: sic enim c. fin. qui Matrim. accus. poss. disponitur, ne quis admittatur ad accusandum matrimonium in prævis denuntiationibus in facie Ecclesiae contractum, nisi juramentò affirmet, & probet, se impedimentum matrimonii prius ignorasse. Pariter non admittitur ad impugnandam electionem, pro qua votum dedit, etiam si dicat, se inhabilitatem electi antea ignorasse, nisi juramentò eam ignorantiam probet c. Nulli 8. de Elect. in 6. ibi: de hujusmodi ignorantia filium faciat propriè juramentò v. cum Strein. hic, & aliis, hos & similes casus non obesse Regulae; quia hæc tantum dicit, in dubio præsuntur ignorantiam facti, non autem ibi, ubi cessante dubio militat rationabilis præsumptio, & verificum contra allegantes ignorantiam facti alieni; in hujusmodi enim casibus allegans ignorantiam, eam probare tenetur. Et ideo, quia in prævis Juris casibus talis præsumptio etiam habetur, allegans ignorantiam, eam probare merito adigitur. Loquendo enim de primo casu, merito suspectus est ille, & præsuntur contra illum, qui matrimonium prævis denuntiationibus in facie Ecclesiae contracti scivit, & tacuit, postea primum sub prætextu ignorantiae matrimonium accusare vult: sicut & ille, qui electionem etiam iudicis votò factam, pretextu prius ignoratæ inhabilitatis in electo impugnat; cum ipse de habilitate eligendi diligenter prius inquirere ex officio obligatus fuisset.

Porro in casibus, in quibus allegans ignorantiam, eam probare tenetur, ob præsumptionem sibi contrariam, potest eam probare triplici modo, uti bene hic advertit Vivian. & quidem primò, mediò juramentò, arg. cit. c. fin. qui Matrim. accus. & c. Nulli. 8. de Elect. in 6. Secundò, probando id, ex quo necessariò sequitur, se ignorasse, v. g. quia fuisse tunc furiosus, phreneticus, arg. c. Cum dilectus 3. de Success. ab intest. Tertio, probando id, ex quo non quidem necessariò, attamen verisimiliter sequitur, se ignorasse, puta, quia fuisse abens. Gloss. hic.

Queritur II. An. & quibus Fallentias subje- 19 cta sit Regula XLVII? Resp. Eam fallere 1. in iis, quae sunt publica, & notoria Vivianus hic cum communi aliorum; quia in his non ignorantia, sed scientia præsuntur, per Jura allegata supra ad Reg. 13. n. 19. Fallit 2. ob dictam rationem in iis, quae quis etiam in facto ex officio indagare, & scire tenetur, cum scire, & scire debere, ac facile posse æquiparentur, per Jura citata in memorata Reg. 13. n. 9. indeque facti ignorantia non excuset Pastorem juxta c. quamvis 10. de R. J. ibi. Non enim potest esse Pastor excusatio, si lupus oves comedit. & Pastor nescit. Fallit 3. ita, ut non tantum facti alieni juxta Regulam, sed etiam facti proprii præsuntur ignorantia in casu, de quo diximus ad sæpe cit. Reg. 13. n. 11.

REGULA XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.

Reiffenstuel Jus Can. Tom. VI.

L

S U M-

S U M M A R I U M.

- 1 Regula unde?
- 2 In sensu disjunctivo sufficit unum verificari: in conjunctivo omnia verificari debent.
- 3 Regula est intelligenda in sensu copulativo: & quare.
- 4 Ponitur versus sensus Regule.
- 5 Cum injuria alterius locupletari dicitur, qui rem alterius iniuste accipit, vel retinet; et si postea perdat.
- 6 Item qui utitur rebus alienis, ut suis parcat: vel diutius, quam concessum.
- 7 Regula procedit etiam in causis privilegiatis, vel in pupillis.
- 8 In Republica.
- 9 In Ecclesiis, & Monasteriis.
- 10 Fallit Regula in casu, quo quis Chirographum de mutuo accepta pecunia dedit, quam non accepit.
- 11 Item si quis ex errore judicialiter agnitus est coheres.
- 12 Qui cum damno quidem, sed absque injuria alterius locupletatur, non agit contra Regulam.
- 13 Privilegia ita debent interpretari, ut vel nullum, vel minus præjudicium asserant tertio.

Definitur hæc Regula ex l. jure naturæ. 206. ff. de Reg. Jur. ibi: Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletariorem. Cui concordat l. Nam hoc natura. 14. ff. de Condict. indebiti. ibi: Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletariorem.

Quæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsionem Notandum, controversiam esse inter Doctores, an Regula sit intelligenda in sensu disjunctivo, vel copulativo? Glossa liquidem hic post Dnum hic n. 1. vult, eam in sensu disjunctivo esse sumendam: consequenter non tantum illum contra Regulam agere, qui locupletatur cum injuria alterius, sed etiam illum, qui sine alterius injuria, a tamen cum detrimento, & damno illius locupletatur. Rationem dant; quia Regula in sensu disjunctivo adhibito termino vel expressè loquitur illis verbis: cum alterius injuria, vel jactura: ubi autem sensus disjunctivè ponitur, sufficit unum verificari. l. Planè. 94. §. 2. ff. de Legat. 1. l. Si illud. 27. ff. de Legat. 2. ibi: Si illud, aut illud legatum sit, unum legatum est, junctâ l. Cum pupillus 73 §. 1. ff. de Condition. & Demonst. ibi: Disjunctivo modo conditionibus adscrip- tis, alteram descisse non oportet, alterâ vel postea adimpletâ, cum Concordat sicut e contra illa, quæ in copulativo sensu per terminum & proponuntur, omnia verificari debent, l. si heredi 5. ff. de Condit. insti. ibi: si heredi plures conditiones conjunctim date sint, omnibus parendum est, quia unus loco habentur. Verum his non obstantibus,

Resp. I. Quamvis Regula in sensu disjunctivo loquatur, tamen in sensu copulativo intelligenda est; consequenter ille duntaxat contra Regulam agit, qui cum damno, & injuria alterius locupletatur: non item ille, qui quidem cum damno, & detrimento alterius, non autem cum injuria illius, sed justo titulo locupletatur fit. Magnerijs in cit. l. Jure naturæ. ff. de Reg. Jur. Menoch. Consil. 787 n. 19. Taccin. hic. n. 1. & alij Ratio est; tum quia Regula 206. ff. de R. J. ex qua nostra defumitur, etiam in sensu copulativo loquitur: Tum quia terminus disjunctivus vel subinde etiam pro termino copulativo & in jure sumitur l. cum quidam. 4. §. Melius itaque. C. de Verb.

& Res. significat. ibi: Melius itaque nobis vjsum est, omni hujusmodi verbositate explosa, conjunctionem, aut, pro & accipi, ut videatur copulativè modo esse prolata. Et quidem tunc præcipue quando alias te- queretur absurdum, uti in proposito esse videtur; cum innumeri casus ab hac Regula essent reprobandi, qui in jure pro justis habentur: quod utique absurdum videtur; sic enim si cum solo detrimento alterius, si- ne in jura eisdem locupletari vi hujus Regule non liceret, omnes etiam legitimæ præscriptiones eidem essent contrariæ: item omnia licita in bello justo reportata: innumera commoda ex variis contractibus cum alterius detrimento justè acquirita: nec non curæ illa compendia, quæ ob bonum Respublicæ uni, cum jactura alterius, obveniunt. Hinc

Resp. II. Verus Regule sensus sequens est: Ne- mo debet cum alterius injuria, & jactura, seu detri- mento locupletari. Ratio est; quia non solum Juris positivi, sed etiam naturalis est, neminem iniuste lædere: sicut cuique tribuere, relinquere, & non aufer- re. l. Justitia. 10. ff. de J. & J. & §. Juris 3. Insti. eod. ut proin merito ad propositum dicat Eloquentiæ Princeps lib. 3. Offic. Hominis incommodum suum ave- gere commodum magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cæcitas, quæ pos- sunt aut corpori accidere, aut rebus externis.

Dicitur autem quis cum injuria & jactura alterius locupletari, qui rem alienam iniuste accipit, vel retinet, suisque rebus commisceat, & iis pro suo com- mode utitur, etiam si postea apud eum pereant. l. Si ipsa res, 18. ff. quod met. caus. g. ff. ibi: Si ipsa res, quæ ad alium pervenit, in pecuniam, vel aliam rem conversa est, nihil amplius querendum quis existit sit, sed omnino locuples factus videtur, licet postea perdat. Item etiam ille, qui ab alterius solutione cum ejusdem injuria se liberat, vel alterum sibi obligat. l. Cum Mulier. 50. ff. de Donat. inter Virum & Uxor.

Rursus cum injuria & jactura alterius locupletari dicitur, qui ut parcat suis, utitur rebus alienis. v. g. equis ad vehendum, bobus ad arandum, navibus ad navigandum, curribus, instrumentis, suppellectilibus &c. item, qui re aliena sibi concessa ultra tempus uritur: item qui re sua que res à communi onere sub- trahit, & alienas subicit. Strein. hic n. 1. Ipsi enim, quod alienis utens, suas res conservet, locu- pletior factus censetur, quia pauperior factus non est; cum aliis suis uti, easque utendo consumere, sicque in illis pauperior fieri debuisset. l. In pupillo. 47. ff. de Solut. ibi: Nam hoc ipso, quo non est pauperior factus, locupletior est.

Porro Regula nostra generaliter ad omnes, etiam alias privilegiatas personas, & causas se extendit; quia hæc que Juri naturali. in quo Regula nostra fundatur, juxta dictæ n. 4. subjuncta sunt, indeque jus suum cuique tribuere, & relinquere, neminem lædere, ac consequenter cum alterius injuria & jactura locupletari non debent: Hinc in specie etiam pupilli eas, ex quibus cum injuria, & jactura fierent locu- pletiores, restituere vel compensare debent. l. Si pupilli. 6. pr. ff. de Negot. gest. ibi: Sed & pupillum, modo si locupletior fuerit factus, junctâ l. In pupillo. 47. & l. Si pupilli. 66. ff. de Solut.

Sic etiam Republica, est Jure pupilli gaudeat, l. Rempublicam. 3. C. de Jure Reipubl. ibi: Rempublicam ut pupillum extra ordinem jvari moris est, tamen cum injuria, & gravamine aliorum licet cum- ptere non potest; sicut nec Princeps, nec fideus, l. 1. C. de Nautic. ibi: Si quando naufragio navis ex- pulsa fuerit ad litus, vel si quando aliquam terram attingerit, ad dominos pertinere: Fideus meus sese non interponat. Quod enim jus habet fideus in aliena calamitate, ut de re tam lucrosa compendium sceleretur.

Sic alterius Ecclesia quoque, & Monasterium, 9 est

est res indebitè alienatas repetere possit, tamen præ- tium pro ea acceptum restituere debet, ne cum in- juria & jactura alterius locupletetur; prout jam dictum & probatum habetur Lib. III. Tit. 13. de Reb. Eccles. alien. n. 56 & seqq.

Quæritur II. An, & quas Fallentias patiatur Regula XLVIII. Resp. Eam quoad forum exter- num fallere primò in casu, quò quis alteri chirogra- phum dedit de mutuo accepta ab eo pecunia; in hoc enim casu chirographum habens exigere potest pec- uniam in chirographo contentam, licet eam mutuo nondum dederit, si debitor chirographum intra biennium non repetat, & de non numerata pecunia nullam exceptionem faciat l. in Contractibus. 14. C. de non numerat. pecun.

Fallit secundò in foro externo in casu, quo quis coheres judicialiter agnitus partem hereditatis accipit, eam restituere non amplius tenetur, et si post- ea plene constat, eum verum heredem de Jure non fuisse. l. Cum putarem. 36. ff. Famil. Eriscund. ibi: Cum putarem te coheredem meum esse, itaque verum non esse, egi tecum Familij Eriscunde iudicio, & a Judice invicem adjudicationibus, & condemnationibus factis solvi, repetere non potest. Dicitur tamen notanter in utraque Fallentia; quoad forum exter- num; quia, ut cum aliis bene advertit Strein. hic. n. 3. Taccin. n. 10. in foro conscientie ille, qui pecuniam quam mutuum non dedit, repetit, & ac- quirat, retinere non potest, sed restituere tenetur: sicut & ille, qui sciens, se heredem non esse, pro tali quibuscumque tandem arbitris in foro externo se probavit, partem hereditatis acceptam restituere de-

bet, ne cum injuria & jactura alterius locupletetur. Nisi forsan hic posterior bona fide crederet, se co- heredem esse, item inceptit, & causam lucratam fuerit; quia tunc autoritate rei judicatæ, quæ ex præsumptione juris, & de jure directam probatio- nem in contrarium non admittente, pro veritate habetur, dominium rei justè acquiri, eo ferè modo, quo in Præscriptione.

Fallere Regulam tertio in omnibus, in quibus quis cum damno quidem, sed sine injuria alterius locupletatur, sicque in utroque foro securus est, uti in præscriptione, justo bello, variis contractibus, privilegiis, dicunt illi, qui Regulam in sensu dis- junctivo juxta dicta n. 2. intelligendam esse volunt. Verum quia nos eam in sensu copulativo intelligi debere supra n. 3. docuimus, hos casus inter fallen- tias non numeramus.

Illud tamen circa Privilegia speciali er notandum duximus, quod, cum hæc ærumque aliis aliquo modo præjudicent, ea in dubio ita accipiantur, ut vel nullum, vel minus præjudicium asserant arg. c. quid per novale. 21. de V. S. & can. de Ecclesia- sticis 8. cau. 25. q. 2. ibi: De Ecclesiasticis Privile- giis, quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione tenent; quia, sicut nostra descendimus, ita singulis quibusque Ecclesiæ jura sua servemus: Nec cuiuslibet favore gratiâ, ultra, quam meretur, impertior. nec ulli hoc, quod sui juris est, ambitu simulante derogabo: Sed fratres meos per omnia honorare cupio, sicque fidei honore singulos subve- hi, dummodo non sit, quod alteri jure ab altero possit opponi. Dicitur autem notanter in dubio; quia ubi verba privilegij sunt clara, juxta ea, non obstantè aliqua jacturâ tertij (dummodo in jure jam quæsitio non sit) procedendum est; quia juxta Bro- cardicum: Verba clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis conjecturam; prout amplius dictum habetur lib. I. Tit. 2. de Consiil. §. ibid. num. 384. & seq.

REGULA XLIX.

In pœnis Benignior est Interpretatio faciendâ.

S U M M A R I U M.

- 1 Regula unde?
- 2 Est intelligenda, quando verba circa penas sunt dubia:
- 3 Ubi pœna clarè statuta, non potest in illis dispen- sare Juxta inferior.
- 4 Ponitur versus sensus Regule.
- 5 Declaratur exemplis.
- 6 Fallit Regula, in pœna Excommunicationis, utpote quæ indefinitè posita semper major intelligitur.
- 7 Fallit 2. in delicto Consummatia.
- 8 Fallit 3. in interdicto: huic enim si subijcitur civitas, etiam jurburvia interdicta censentur.
- 9 Fallit 4. in delictis atrocibus.
- 10 Cogitationis pœnam nemo patitur. Ibid.

Definitur hæc Regula ex l. Factum cuique. 15. §. in fin. ff. de Reg. Jur. ibi: In penalibus causis benignius ante præiudicium est. Cui concordat l. Inter- pretatione. 42. ff. de Pœnis. ibi, Interpretatione legum pœna mollendæ sunt potius, quam exasperanda.

Quæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. I. Regulam tantum procedere in dubio. seu tunc, quando in lege, statuto, vel alia dispositione pœna certa claris verbis non invenitur imposita. Hoc enim ubi invenitur, juxta clarum textum habet Juxta procedere, & pœnam nec exasperare. nec mitigare potest, Responsum Jus Can. Tom. VI.

prout jam dictum est lib. 1. Tit. 2. §. 17. n. 428. cum verba clara non admittant interpretationem per d. Ca- n. fia. in præcedenti Regula. & Juxta inferior mi- ni ter duntaxat legis, & executor illius sit, nullam habens in ea dispensandi, aut mutandi potestatem: nec gloriam in severitate, vel clementia asserere de- beat. l. Perspicendum. 11. ff. de Pœnis. ibi: Perspi- ciendum erit judicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituitur, quam causa depollet; Nec enim aut severitas, aut clementia gloria asserenda est: sed perpeno iudicio, prout quæque res exp. statul, sta- tuendum est. Hinc

Resp. II. Verus Regule sensus hic est: Quando in lege, vel alia dispositione verba circa penas non certa & clara, sed ambigua sunt, mitior, & beni- gior interpretatio faciendâ est. Ratio est; quia Odiâ restringit, & favores conveni amplari per Reg. 15. de Reg. Jur. in 6. Et semper in dubiis benigniora præ- ferenda sunt. l. Semper. 58. ff. de Reg. Jur. atque In obscuris minimum (id est, miris gravans, & obligans) est sequendum. Reg. 30. Jur. in 6. Siqui- dem ea tamò digniora sunt imitatione, quanto excel- lentiora pietate. can. fin. dist. 9.

Declaratur, & firmatur Regula exemplis Juris; Nam præter ea, quæ ad propositum jam adduximus in explicatione cit. Regule 15. & 30. ac Lib. 1. Tit. 2. §. 17. si varia pœna pro delicto disjunctivè in Jure inserta habetur, vi hujus Regule mitior eligenda

eligenda est. can. eos. 42. d. 50. can. si quis. 41. cau. 24. q. 1. Item si verba legis poenam perpetuam, vel temporalem importare possunt, assumenda est temporalis. c. Ex litteris. 11. de Confit. ubi Summarium sic habet: *Pena simpliciter apposta, intelligitur temporalis, non perpetua.* Et ut in illa reperitur verbum: *punitur, privetur &c.* non addito *de ipso Jure*, vel *ipso facto*, uti c. *Quia propter.* 42. de Elect. intelligendum est de privatione vel punitione per sententiam Judicis, non ipso facto, aut jure. Glossa hic communiter recepta si amputanda est manus, sinistram potius, quam dextram, vel aridam, si quae habetur, utpote minus utilem accipere debemus; Nam, praeter jam allegata Jura universaliter etiam ratio est occasio, quae praebet benignissimam l. *Rapientia.* 168. ff. de R. J. Plura exempla vide apud Gloss. hic.

Quaeritur II. An, & in quibus fallat Regula praesens? Resp. in sequentibus, & quidem I. Fallit in poena Excommunicationis. Quandocumque enim si ve per sententiam, si ve per decretum, si ve in Jure imponitur poena Excommunicationis, non de minori, sed majori intelligenda est. c. *Si quem* 59. de Sentent. Excomm. ibi: *Si quem sub hac forma verborum, illum excommunico: vel simili, a Jure suo excommunicari contingat, dicendum est, cum non tam in minori, quae a perceptione Sacramentorum, sed etiam majori excommunicatione (quae a communione fidelium separatur) esse ligatum.*

Fallit 2. in delicto contumaciae: contra hanc enim Judicem ea poena, quae magis timeri debet, procedere oportet, uti habetur c. *& si fin. Ut lite non contestata.* Idque merito; quia contumacia delictis addita malitiam auget, indeque majore castigatio-ne indiget; Praesertim cum haec animae contumaciae profit, cujus in Ecclesiasticis praecipua ratio habenda est. Felin. in c. *fin. de Praesump.* Barb. in c. *Veniens. de Presbyt. non baptizato.* Siren hic. n. 3.

Fallit 3. in materia Interdicti; quia si interdictum civitas, etiam suburbia continentur interdicta, ne in vilipensionem legis ab interdicta civitate facile confugiantur ad suburbia: sic pari ratione si interdictum Ecclesia, etiam Capella, & Coemeterium eidem contigua manent interdicta. c. *Si civitas.* 17. de Sentent. Excomm. in 6. ibi: *Si civitas, costrum, aut villa subiciantur Ecclesiastico interdicto, illorum suburbia, & continentia eisdem, id est ipsorum volumus interdicta. Nam licet praedicta videantur aliis murorum ambitu terminari: hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti (quod feret, si posset in ipsorum suburbis, vel continentibus a. i. s. i. s. licet celebrari ut prius) expedit interpretationem facere latiore. Ratione quoque simili. si in Ecclesia interdicto supposita, vel subiecta, nec in Capellis ejus celebrari, nec in coemeterio ipsius, eidem Ecclesiae contiguis poterit sepeleiri: secus si ei contigua non existant.*

Fallit 4. in delictis valde atrocibus, utpote in quibus severiora sunt eligenda. Peccus hic num. 8. Taccin. hic. n. fin. arg. l. *Divus.* 33. ff. de Re judicat. ibi: *rem severè vindicari, adeo ut, licet aliam conformiter Regulae, benignè interpretando verba legis poenalis cum effectu sint intelligenda. can. Haec autem verba.* 17. de Paritent. dist. 1. solaque voluntas, & conatus non sufficiunt; quia cogitationis poenam nemo patitur. can. *Cogitationis.* q. 1. de Panit. dist. 1. & l. 1. § 2. ff. quod qui de Jure. ibi: *Quid enim obfuit conatus, cum injuria nullum habuerit effectum? tamen in atrocissimis delictis puniri affectus, licet non fuerit secutus effectus, ut habetur l. Si quis. 5. C. de Episcop. & Cleric. ac Gloss. in c. fin. §. Conatus. de sponsal. plures ad propositum citans casus: & specialiter in Jure dispositum habetur de criminibus laeae Majestatis. l. *Quisquis.* 5. pr. C. ad Leg. Juliae Maj. ibi: *eadem enim severitate voluntatem secleris, quae effectum, puniri Jura voluerunt.**

REGULA L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque Diem.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Actus legitimi sunt in duplici sensu: in primo sunt, & vocantur tales, qui legitimi existunt conformes.
- 3 In secundo autem sensu, & ad propositum sunt illi, quorum valor in futurum suspendi nequit, indeque conditionis, vel diei appositae incapaces sunt.
- 4 Conditio alia est de praeterito, alia de praesenti, alia de futuro, ultima alia de contingenti, alia de necessario.
- 5 Regula est intelligenda de actibus legitimis in secundo sensu acceptis.
- 6 Ponitur versus sensus Regulae.
- 7 Conditionem de praeterito, & praesenti omnes actus legitimi recipiunt.
- 8 Sic etiam conditionem de futuro necessario.
- 9 Nec non conditionem de futuro contingenti, quae ea natura actus necessarii tacite inest.
- 10 Non item illam, quae quidem tacite, sed non ex natura actus inest. Differentia inter hanc, & priorem conditionem. Ibid.
- 11 Declaratur Regula exemplis Juris. & seq. Solvitur instantia de additione hereditatis. Ibid.
- 12 Electiones, & postulationes non recipiunt conditionem de futuro.
- 13 Neque Sacramenta, exceptis Matrimonii: quod tamen etiam vitiat per appositionem ejus substantiae contrariam.

Conditio surpiti, vel impossibilis eidem adhas habetur pro non adjecta, itaque non invalidat. Ibid.

14 Censura patiuntur appositionem de futuro.

Regula haec desumpta habetur ex l. *Actus.* 77. ff. de Reg. Jur. ibi: *Actus legitimi, qui non recipiunt diem, vel conditionem, veluti emancipatio, acceptio, latio, haec et iustis aditio, servitio, datione tutoris, in totum vitantur per temporis vel conditionis adjectionem.* Quamvis enim aliqui, sed pauci velint, hanc Regulam civilem a canonica d. ferre; cum haec universaliter, & indistincte de actibus legitimis loquatur: civili vero, hoc ipso, quod dicitur, actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem; actusque hujusmodi specificet, tacite innuat esse etiam aliquos actus legitimos, qui diem, seu certum tempus recipiunt: tan enim verior, ac communior, immo quasi certa est opinio eorum, qui dicunt, utraque Regulam invicem convenire, ac in nullo d. ferre; cum, uti ex sequentibus patebit, nec Regula canonica vellet, quod nullus actus legitimus recipiat adjectionem temporis, vel conditionis, sed tacite idem dicat quod civilis: & haec non solum illos, quos exempli causa adduxit, sed etiam plurimos alios legitimos actus diei & conditionis incapaces esse velit.

Quaeritur I. Quomodo haec Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsum Notandum hic: cum Barbo. Actus legitimos in duplici accipi sensu: Primum quidem, quod omnes illi sint.

Regula L. Actus legitimi conditionem &c.

sint, & verè dicantur actus legitimi, qui a Jure scripto, seu lege inventi, introducti, & approbati sunt; quicunque enim talis actus legitimus conformis, consequenter legitimus est. Et in hoc sensu non tantum supra in Regula specificati, sed etiam omnes alii a Jure approbati contractus, utpote legibus & Juri conformes, actus sunt legitimi.

Secundo, & ad propositam actus legitimi sunt, & vocantur illi, qui vel ex natura sua, vel speciali legis dispositione appositionem conditionis, vel diei, seu temporis non recipiunt: eò quod statim certò valeant, suumque purum habeant effectum, consequenter tempus, vel conditionem suspensivam valoris non patiuntur, & hoc ipso, si quae adijciuntur, invalidi & nulli evadant, cum dies vel conditio suspensiva substantiae: seu essentiae illorum, quam ex natura, vel speciali dispositione Juris habent, immediatè sit contraria.

Praenotandum ulterius, conditionem aliam esse de praeterito, v. g. *contraho tecum, si Titius jam est mortuus:* aliam de praesenti, v. g. *si Caius de facto gaudet hoc vel illo officio:* aliam de futuro: & hanc ultimam aliam esse *contingentem*, aliam *necessariam.* Contingens est v. g. *si Caesar in proximo conflictu reperbit victoriam:* necessaria, si cras sol oriatur: uti magis patebit ex sequentibus. Hoc praenotato

Resp. I. ad quaestionem n. 2. postiam. Regulam non esse intelligendam de quovis actu legitimo juxta primum sensum n. 2. declaratum, sed de actibus legitimis in secundo sensu n. 3. declarato acceptis: Neque intelligenda est de conditione praeterita, aut praesenti, sed de futura, eaque non necessaria, sed contingenti. Quòd non de quolibet actu legitimo Regula intelligatur, Ratio evidens est, cum omnes actus humani à nostra libera propria voluntate, & consensu, tanquam substantiam puncto proveniant, & dependant. l. *Consensu.* 2. ff. de Obl. gat. & Action. ibi: *Consensu sunt obligationes in emptio, ius, venditionibus, locationibus, conductionibus, Societatibus, mandatis &c. jure d. l. Obligationum substantia.* 3. ff. eod. Nam naturalis libertas voluntatis exigit, ut hoc, vel illo modo, sub hac, vel illa conditione quisque contrahere valeat, hoc ipso, quod suae quisque rei moderator & arbiter sit. l. in re mandata. 21. C. Mandati. Prout etiam plurimi actus & contractus diem, & conditionem accipiunt, sub eaque legitime sunt. uti patet ex Tit. ff. de Condit. & Demonstrat. & Tit. ff. de In diem additione. cum Concordant. Probatur ergo manet, quòd Regula intelligi debeat non de quovis, sed de illis dantaxat actibus legitimis, prout in secundo sensu accipiuntur.

Resp. II. Verus sensus Regulae sequens est: *Actus legitimi illi, quorum valor, & effectus in futurum contingenter eveniunt ex ipsa natura actus, vel dispositione Juris suspendi nequit, sed statim, ac fiunt, subsistere debent appositionem conditionis de futuro contingenti, vel diei, aut temporis non recipiunt, seu non patiuntur, indeque appositione unius, vel utriusque illico invalidi, & irriti existunt.* Ita in re omnes: Ratio supra n. 3. jam est allegata; quia videlicet appositio conditionis de futuro contingenti, vel temporis futuri substantiae eorum immediatè contraria est, consequenter facit, quòd appositio valere nequeat; uti magis patebit ex Juris exemplis infra adducendis.

Dicitur autem notanter *conditio de futuro:* quia conditionem de praesenti, vel praeterito etiam praefati actus legitimi omnino recipiunt. Ratio est; quia talis conditio valorem actus non suspendit: cum hic illico valeat & subsistat, si conditio de praesenti, vel praeterito à parte rei, etiam ignorante contrahente vera est, v. g. si dicitis: *accepto hereditatem, vel contraherecum, si Rex Romanorum de facto adhuc vivit:* vel, *si verum est, quod mercatoribus hoc,*

vel illud, dederit privilegium: aditio hereditatis, & contractus statim à tempore, quo facti sunt, validi existunt, si tunc Rex Romanorum adhuc vixit, vel si praefata privilegia revera dedit: si autem hoc verum non est, actus etiam illico à tempore, quo fiunt, invalidi sunt, textu claro l. *Cum ad praesens.* 37. ff. de Reb. credit. ibi: *Cum ad praesens tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur; & si conditio vera sit, stipulatio tenet: quamvis tenere contrahentes conditionem ignorans; veluti, si Rex Parthorum vivit, centum milia dare spondes. Eadem sunt, & cum in praeteritum conditio confertur.* Accedit, quòd conditio de praesenti, vel praeterito pro vera conditione non habeatur, seu proprie talis non sit. l. *Estiam si jus.* 2. §. 13. ff. de Bonis Libert. ibi: *Si tamen in praeteritum collata sit conditio, vel ad praesens, non videtur sub conditione institutus. Aus enim impleta est, & pure institutus est: aut non est, & nec heres institutus est. juncto §. Conditiones. 6. Instit. de Verb. Obligat.*

Dicitur notanter ulterius: *de futuro contingenti;* quia conditio de futuro necessario, seu quae necessarid evenire debet, v. g. si dicitis: *Contraho, si cras sol oriatur:* vel, *si etiam Imperator Turcarum mori debet:* nec pro conditione apposta habetur, nec actum suspendit, vel moratur, sed illius appositio non obstantè actus statim valet. arg. cit. l. *Cum ad praesens & cit. §. Conditiones 6. Instit. de Verb. Oblig. ac l. Si pupillus.* 9. §. 1. de Novationibus. ibi: *qui sub conditione stipulatur, quae omnino extitura est, pure videtur stipulari.* Barbo. hic. n. 4. Taccin. hic. n. 4.

Ubi tamen advertendum, etiam conditionem de futuro contingenti, quae ex natura actus tacite necessario inest, non suspendere actum, nec vitare, et si exprimat. & actui apponatur: ut si tutoris dationis, quae est actus legitimus, apponitur haec conditio: *si satis dederit:* id est, si securitatem per fiduciosum prestiterit; quia licet haec conditio sit de futuro contingenti, tamen cum dationi tutoris ex natura actus tacite inest, non suspendit, nec vitiat valorem. Barbo. hic. n. 19. arg. l. 1. & 2. C. de Tutor. & Curatore, qui satis non dedit. Sicut etiam non suspenditur, nec vitatur actus, quando in contractu, vel obligatione deducuntur fructus nascitur, etiam haec conditio expressè apponatur: *si nascetur;* quia haec conditio ex natura necessario inest. arg. l. 1. ff. de Condit. & Demonstrat.

Secus est de conditione, quae non ex natura actus inest, sed ab extrinseco, ex libera disponentis voluntate apponitur; haec enim, licet tacite inexistentis non vitiet actum, tamen expressè apposta vitiat eundem. Barb. loc. cit. ubi differentiam inter praecedentem, & hanc conditionem, illam ponit, videlicet, quòd conditio, quae ex natura actus necessario tacite inest, etiam expressè apposta non suspendat, nec vitiet actum. Illa verò, quae ex natura ipsius actus non inest, licet tacita non vitiet actum, tamen si ex disponentis voluntate expressè apponitur, legitimam annullat actum. Unde & de hac conditione futura contingenti intelligendum est l. *Id.*, quod Regulae civili 77. ff. de R. g. Jur. ad finem subiungitur illis verbis: *Nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt, (intellige conditiones) quae aperte comprehensa vitium adferunt.*

Ceterum declaratur & firmatur amplius Regula, ejusque sensus exemplis Juris: & quidem imprimis illis, quae ab ipsa Regula Juris Civili n. 1. allegantur; quia omnes ibi recentissimi actus sunt etiam inter illos legitimos, qui suspensionem in futurum non patiuntur, sed statim valere, & suum effectum habere debent, consequenter conditionem de futuro contingenti, vel tempus in futurum non recipiunt, sed illius appositione illico invalidi existunt. Nec dicas: *be-*

res quis sub conditione de futuro, atque ad incertum tempus institui potest. §. Hæres. 9. Instr. de Hæred. instr. ibi: Hæres & puer, & sub conditione institui potest. junctâ l. In tempus. 62. ff. eod. ergo etiam aditio hereditatis cum conditione de futuro contingenti fieri poterit. Resp. enim negando consequ. & paritatem: disparitas est, quod per additionem hereditatis actu indu. atur representatio testatoris: non item per institutionem hæredis.

12. Sic ulterius electiones & postulationes conditionem de futuro non recipiunt. c. In Electionibus. 2. de Election. in 6. ibi: In Electionibus & postulationibus, ac seruitutibus, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa, vel incerta penitus reprobandus.

13. Sic insuper Sacramenta cuncta (Matrimonio excepto) quia sunt tales actus legitimi, quorum valor, & effectus adhibita debent materia, forma, & intentione Ministris suspendi in futuro non potest conditionem de futuro non recipiunt, Barbos. hic. n. 9. Strein. hic. n. 2. Taccin. Dicitur tamen notanter: Matrimonium excepto; quia, etsi conditiones contra substantiam matrimonii militantes illud illico vitient, ac invalident, & conditiones turpes, vel impossibiles pro non adjectis habeantur. c. fin. de Condit. appost. ibi: Si conditiones contra substantiam conjugii inseruntur, puta, si alter dicat alteri: contrahite tecum, si procreations proles evites: vel donec inventiam aliam honore, vel facultatibus di-

viorem: aut, si pro questu adulterandum te tradas: matrimonii contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu. Licet alia conditiones apposita in matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi: tamen alia conditiones honestæ etiam de futuro contingenti: v. g. contrahite tecum Matrimonium, si pater meus sit consensus, si hoc, vel illud officium obtinebit: si Papa (casu quo potest) in impedimento inter nos versante dispensabit: apponi possunt. prout contra nonnullos amplè probavimus Lib. IV. Tit. 5. de Condit. appost. additis certis cautelis; quamvis Sanchez lib. 5. de Matrimo. disp. 1. num. 5. non sine fundamento dicat, in tali casu conditionem non afficere ipsam matrimonium, sed solam consentiam.

Volunt aliqui etiam censuras inter actus legitimos in secundo sensu n. 3. declarato numerare: verum minus rectè; quia ex Jure satis clarè habemus, quod censuræ diem & conditionem recipiant, ac sub illa ferri valeant, præsertim contra concumaces; valet enim sententia excommunicationis sic lata: nisi Sempronio satisfeceris intra mensem, excommunicatum te esse cognoscas: si interea reum non appellet. c. Præterea. 40. de Appellat. ibi: Nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas. cum Concord. patetque ex praxi Tribunalium. Barb. hic. n. 11. Taccia. hic cum communi aliorum.

REGULA LI.

Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
2 Quid per Deo dicatum intelligatur?
3 Et quid per verba ad usus humanos?
4 Ligna diruta Ecclesie non debent ad secularium profanos usus applicari. Ibid.
5 Ponitur versus Regule sensus.
6 Declaratur exemplis. & seq.
7 In necessitate Ecclesie possunt etiam Calices, & alia vasa sacra vendi.
8 Sicut etiam pro redemptione captivorum, vel sublevanda extrema necessitate egentium.
9 Servus invito dominò ordinatus ei restitui debet.

Desumitur hæc Regula ex c. Mincipia. 3. de Rerum permutat. ibi ad finem: Quod enim semel Deo consecratum est, ad humanos usus transferri non debet. Concordat can. 4. cau. 19. q. 3. & c. Ad hæc 4. de Religiosis Domibus.

2. Queritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. cum Gloss. & Dyno hic, eam præcipue intelligendam esse non de quibuscumque rebus Deo dicatis, sed de rebus consecratione, vel benedictione Ecclesiastica factis, seu Sacris effectis: aut publica, præsertim Papali, vel Episcopali Autoritate Ecclesiastica ad cultum divinum, & ministerium sacrum deputatis; siquidem res Ecclesiarum non sacræ, etsi Deo sint dicatæ, ad usus humanos bene transeunt, v. g. fruges terræ, jumenta &c. ad Ecclesiam spectantia, ut potest quæ etiam ad usus profanos ob bonum Ecclesie vendi possunt; sicut & ipsæ possessiones & bona immobilia Ecclesiarum adhibita debent solemnitate. can. sine exceptione. 52. cau. 12. q. 2. quia, etsi Deo sint dicatæ, tamen propriè sacræ, seu sacratæ non existunt.

3. Per verba ad usus humanos dicere vult Regula

ad usus seculares, seu secularium; quia nonnullæ res sacræ, v. g. ligna diruta Ecclesie quamvis ad usus profanos laicorum applicari non possint, tamen ad usum Clericorum id fieri potest can. 38. de Consecrat. dist. 1. ibi: Ligna Ecclesie dedicate non debent ad aliud opus jurgi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in Monasterio fratrum, in laicorum verò usum non debent admitti. ubi Glossa v. ad profectum, addit: non tamen indifferenter, sed vel in Capitulo, vel in dormitorio, vel in aliis Religiosis locis, non in coquina, vel vineis postmandis.

Resp. II. Verus Regule sensus hic est: Res, quæ vel per consecrationem, vel per benedictionem sacratæ, vel sacræ factæ sunt, veluti Ecclesie, Altaria, Cœmeteria, Monstrantia, Calices, Patenæ, paramenta Ecclesiastica, & reliqua sacra supellex: Item Monasteria, Hospitalia, aliæque loca pia, autoritate Papali, vel Episcopali ad usum divinum, sacrum ministerium, causasve pias principaliter ordinatæ, ad secularium, seu laicorum profanos usus transferenda, & adhibenda amplius non sunt: per jura hæc tenus præsertim nu. 1. allegata. Et ratio est; quia reverentia præfatis sacris, seu sacratis rebus debita merito exigit, ne contra primum, ac principalem finem ad profanos secularium usus amplius applicentur; cum qui contra debitam reverentiam sacræ sacrilegium committat, juxta dicta & probata ad Regulam juris 7. de R. J. in Quinto Decretalium: ubi plura exempla practica etiam ad presentem Regulam servientia adduximus, quæ ibidem videnda, ne superflua fiat repetitio.

Pro majori tamen claritate supra dictis alia adhuc juris exempla adducimus: Sic enim primò, quando Episcopus calicem ad se delatum inficid, vel invito domino consecrat non potest eum amplius Domino laico restituere, sed debet pretium illius exhibere, estque casus specialis, quo quis etiam invitus privatur re sua,

re sua. can. Conyerimus. 2. cau. 19. q. 6. ibi: Præcipimus, ut, quis, quod semel consecratum est, eis non valet ultra restitui, statui, vel sit, ut ipse Episcopus debeat pretium dare, nisi forsitan dominus haberet Capellam Domesticam consecratam, vel saltem benedictam, in qua ex legitima dispensatione Ecclesiastica celebrari valet Missæ, quia in tali casu calix consecratus non restituitur ad profanos usus domini laici, sed ad sacrum utum Sacerdotum Missas ibidem legentium.

Secundò prohibetur, ne cadavera mortuorum Altaris, aut Ecclesie indumentis sacris involvantur. can. Nemo 40. de Consecrat. dist. 1. néve ad ornamentum nuptiarum, vel ornandas mensas quo, unquam; etiam Principum, applicentur. c. Ad nuptiarum 43. eod. ibi: Ad nuptiarum ornatum divina ministeria non præstentur, ne dum improborum contumelia, pompæque secularis luxuria polluantur, ad officia sacri myst. rite vedantur indigna. Plura exempla juris vid. ad cit. Reg. 7. de R. J. in quinto Decretalium.

Queritur II. An, & in quibus Regula LI. fallat? Resp. Præter fallentias, quas explicando cit. Regulam 7. adduximus, eam insuper fallere primò in casu necessitatis, quæ laborat Ecclesia, debitis v. g. nimis gravatis; in tali enim casu etiam consecratos calices & alia vasa sacra conflata tamen prius, ac minutatimque quasi execrata, cuiusv etiam laico ad profanos usus vendi possunt nisi forsitan alia venerabilibus locis integra dari queant. can. Ea enim. 2. 9. Præ-

terra. cau. 10. q. 2. ibi: Præterea si hæc superflua vasa, cum debitis sit, nec aliunde solvere valeat, ne quid immobile alienetur, vel distrahat, ea integra vel ab his locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata utiliter a ii vendantur.

Fallit secundò, si venditio vasorum sacrorum pro redemptione captivorum vel alia extrema necessitate egentium sublevanda necessaria videtur. can. Aurum 20. cau. 12. q. 2. ibi: Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus, & infra: cur tot captivi ducti in commercium sunt, nec redempti ab hoste occisi sunt? Melius fuerit, ut vasa viventium servares, quam metallorum. His non possit responsum referri. Quid enim diceret? Timuis ne templo Dei ornatus deesset. Responderet: & ornamenta Sacramentorum redemptio captivorum est. Et verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Plura adhuc in hoc canonè pro favore pauperum reperiantur lectu digna.

Fallit tertio in servo, qui inficid, vel invito Dominò sacris Ordinibus ordinatus est: talis enim, etsi per Ordinationem Deo, Eiusque ministerio jam sit dedicatus, tamen Domino suo, etiam ad usus & labores profanos restitui debet. can. Ex antiquis 9. & can. frequens. 10. dist. 54. junctò c. de servorum. 2. de servis non ordi. an. is. ibi: Si servus fugiens dominum suum qualiter calliditate, aut fraude ad gradus pervenerit Ecclesiasticos, decretum est, ut deponatur, & ejus Dominus eum recipiat.

REGULA LI.

Non præstat Impedimentum, quod de jure non sortitur effectum.

SUMMARIUM.

- 1 Regula hæc universalissima est.
2 Quid intelligatur Regula per verba: quod de jure non sortitur effectum?
3 Ponitur versus sensus Regule.
4 Sponsalia cum minore septenni non inducunt impedimentum.
5 Baptismus & Ordo invalidè collati iterari debent.
6 Testamentum primum rite perfectum non revocatur à secundo inchoato, sed necdum perfecto.
7 Depositio testis coram incompetente judice facta non impedit, quin alia ei contraria fieri queat coram judice competente.
8 Electio nulliter facta repeti potest.
9 Ponuntur fallentia Regule: & seq.
10 Matrimonium ratum nulliter initum præstat impedimentum: non tamen sponsalia nulliter contracta: Ibid.
11 Fallit Regula in Procuratore.
12 Item in Legato.
13 Et judice delegato, utpote qui sententiâ nulliter prolatâ alium frive nequit.
14 Item in Compromissario, nam hic indignum nulliter eligens, alium eligere nequit.
15 Item in delictis.
16 Delicta non debent manere impunita.

Hæc Regula sicut æquissima, sic etiam universalissima est, utpote in omni materia, atque jure tam quoad forum externum, quam internum procedens. Cum concordant plura jura, ex quibus desumpta cauetur, quæ infra locò rationis afferemus.

Queritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Per verba, quod de jure non sortitur effectum: Regula dem vult dicere, ac quod de jure nulliter, & in-

validè factum est, consequenter omni juris caret effectu. Non præstat impedimentum: id est, profus nullam habet consequentiam, nec in minimo impedit, quin alius actus valide fieri queat, sed considerari debet, ac si factum nunquam fuisset. Hinc

Resp. II. Verus Regule sensus hic est, Quid, quod de jure nullum, seu invalidum est, consequenter omni caret juris effectu, profus nullum causat impedimentum, si nullatenus impedit, quin alius actus valide & licitè fieri queat. Ratio sumitur ex variis juris Regulis, & Maximis notoriis, uti ex Regula 6. de R. J. in 6. Quæ contra jus sunt, debent utique pro inficilis haberi, ac trito illo Aristot. Ex nihilo nihil fit, & non ens non sunt proprietates. Item: Quod nullum est, nullum parit effectum, arg. l. Si se. 4. §. 6. ff. de Re judicat. Nec non, Aliquid esse nullum, & sine effectu esse paria sunt, arg. l. Ex consensu. 23. §. 1. ff. de Appellat. & Relup.

Declaratur & firmatur Regula, e usque sensus exemplis juris. Sic enim in primis Sponsalia cum minore septenni, consequenter nulliter contracta, non causant impedimentum, seu non impediunt, quò minus contrahens postea cum matre prioris sponse matrimonium inire vaieat, nisi forsitan prior sponsa post septennium adeptum in priora sponsalia contenterit. c. Litteras. 4. de Spons. impub. Ratio ibidem sola additur; eam desponsus nec hujusmodi nullè sint. Sic pariter sponsalia ex defectu consensûs nulla nullatenus præstant impedimentum publicè honestatis, & se habent ac si omnino contracta non fuissent, siquæ non impediunt, quò minus quævis contrahentium pars cum consanguinea alterius sponsalia, & matrimonium valide ac licitè contrahere queat. can. Si verum. cau. 31. q. 2. junctò c. Accessit. 5. de Spons. Impub.

Sic ulterius licet aliis Sacramenta Baptismi, & Ordinis non sint iterabilia, tamen si primò invalidè conferuntur, validè ac licitè iterari possunt. can. Quos

Quos a paganis. 52. de Consecrat. dist. 4. ibi: Quos a paganis baptizatos asseruisti, si ita habetur, ut denud baptizes in Nomine SS. Trinitatis mandamus. Et c. 1. de Presby. non baptiz. ibi: Si quis Presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur. Ratio unica est; quia, sicut Baptismus a Pagano, ita & Ordo sine baptismis previo collatus nulli, & invalidi fiunt, consequenter ita se habuerunt, quasi nullatenus collati fuissent.

6 Sic rursus, etsi liberum cuius sit, suum revocare Testamentum per eas que diximus lib. III. Tit. 26. de Testament. §. 22. tamen inchoatio secundi testamenti, quod testator primum revocare intendit, huic non obest, si antequam secundum perficiat, morte præveniatur. §. Ex eo. 7. Inst. quibus modis Testam. infirm. ibi: Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere: usque adeo, ut, etsi quis post factum prius testamentum, posterius facere cœperit, & aut mortalitate præveniat, aut quia cum eius rei pœnituit, id non perfecit, divi Pertinacis oratione cautum sit, ne alias tabula priores iure facta irrita fiant, nisi sequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint. Rationem ibidem hanc unicam subiungit; Nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est: consequenter de iure nullum sortitur effectum, sicque prius nullatenus infirmat. Sic insuper si legatarius ex duobus v. g. prædictis dis iunctivè sibi legatus unum eligat prout potest, l. 2. & 4. ff. de Optione vel Electione legata. & hæc electio ex certa causa de iure est nulla, potest aliam electionem facere, quia prior, utpotè nulla, iuris carens effectu, non præstat impedimentum.

7 Sic etiam in Iudiciis, si depositio coram iudice incompetente, consequenter de iure nulliter, & invalide fit, non impedit, quin alia, etiam priori contraria, coram iudice competente fieri queat; quia prior, utpotè nulla, nullum habet effectum, & considerari debet, ac si facta omnino non fuisset. Gloss. in Clement. 2. v. Ritè de Test. & Attest. Taccin. hic. arg. c. At si Clerici. 4. de iudiciis. ubi propterea Clerici coram iudice seculari etiam confessi, vel convicti de crimine, à poena immunes declarantur. ibi: At si Clerici coram seculari iudice convicti fuerint, vel confessi, non sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi. Et ratio est; quia acta coram iudice incompetente sunt nulla, consequenter sine ullo iuris effectu.

8 Sic in electione quoque, si Electio post publicatum scrutinium de indigno, consequenter nulliter facta appareat, non impedit, quin eligentes novam electionem facere valeant: dummodo communis electio subsecuta non fuerit, & Canonici ex alia ratione ea vice non sint privati iure eligendi. c. Perpetuo. 7. de Elect. in 6. cum Concord. Ratio est; quia prior, utpotè nulla, nullum præstat impedimentum.

9 Quæritur II. An, & quas fallentias patiatur Regula LII. Resp. Eam fallere primò, in Matrimonio rato; hoc siquidem, etsi invalidum sit, dummodo tale non sit ex defectu consensu, parit impedimentum publice honestatis; prout idem iure antiquo etiam sponsalia de futuro præstabant: quod ultimum tamen iure novo Concilii Tridentini correctum fuit. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 3. ibi: Iustitia publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia (intellige de futuro) quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: Impedimento ex sponsalibus de præfenti, seu ex Matrimonio rato, confurgente manente in salvo, uti de hac materia latè dictum est lib. IV. Tit. 4. de Sponsa duorum. à num. 10.

Fallit secundò in Procuratore; quia constitutio 10 huius etiam legitime facta tacite revocata censetur per subsequentem constitutionem alterius, quavis hæc effectum non fuerit sortita; ut dum posterius constitutus minus recusavit. c. Non injulè. 14. de Procurat. ibi: quoniam dato posteriori, prioris est procuratio revocata.

Fallit tertio in Legato: hoc siquidem alieni ritè factum, censetur tacite revocatum, si idem postea alii leget testator, etiam si posterior legatarius huiusmodi legati sit incapax, consequenter respectu illius legatum invalidum sit. l. Planè 34. ff. de Legat. I. ibi: Planè ubi transferre voluit legatum in novissimum, priori non debetur: tamen si novissimus talis sit, in cuius persona legatum non constituit.

Fallit quarto in Iudice delegato; hic enim, si sententiam de iure nullam proferat, non potest eam revocare, & aliam proferre, sed debet alius Iudex deputari. l. Si (ut proponis) 4. C. quomodo & quando jud. ibi: Si (ut proponis) pars à versu die feriato, absente, vel ignorante te, à Iudice dato ferri sententiam pro paribus suis, quasi contumaciter deesses, imperavit: non immerito Præses aeno negotium alterius Iudicis notioni terminandum commisit. Nisi forsitan sententia fuisset nulla ob non servatam formam mandati, tali enim in casu adhuc iudicare posset, uti observat Pirh. de officio delegati n. 156. arg. l. Quid tamen 21. ff. de Recept. qui Arbitr.

Fallit quinto in compromissario scienter, vel ignoranter eligente indignum; hic siquidem etsi nulliter elegerit, sicque electio illius de iure non sit sortita effectum, tamen alium eligere non amplius potest, sed eligendi potestas devolvitur ad eligentes. c. Si compromissarius. 37. §. Si verò. de elect. in 6. ibi: Si verò eligi indignum, tunc sive scienter id fecerit (sicut dolus ipsius est, qui non sunt in culpa, non debet imputari) sive etiam ignoranter (cum suo sit functus officio) eligendi potestas (nisi & ipsi scienter electionem talem ratam habuerint) liberè revertitur ad eosdem. Quæ ratio in textu expressa, videlicet, cum suo sit functus officio, etiam de Iudice delegato nulliter sententiante (de quo n. præc.) procedit.

Fallit sexto in delictis; quia quamvis hæc iniquè facta non præstent impedimentum, sed habeantur pro infectis, nullumque fortiantur effectum in ordine ad acquirendam utilitatem & commodum delinquentis tamen id efficiunt, ut taxatis à Iure poenis puniri possint, & debeant, ne delicta impunita liberis, & frequentius perpetrentur. can. 1. dist. 50. ibi: Si lapsi ad suum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonice poenæ dubio frangitur disciplina: dum pro reversionis spe pravæ actionis desideria quisque concipere non formidat. & can. 2. ibid. Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deticeps jam depositus erit, nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci. Immo licet aliis in delictis quoad poenam attendatur effectus; cum voluntatis poenam nemo sentire debeat, & solus conatus sine effectu non puniatur, prout dictum & probatum supra ad Reg. XLIX. n. fin. tamen iuxta pariter ibidem dicta, in delictis atrocibus etiam delinquendi voluntas, & conatus nullo secuto effecti puniunt. Quibus concordat l. Divus Hadrianus. 14. ff. ad Leg. Cornel. de Siciariis. ibi: Divus Hadrianus in hæc verba rescriptis: in Maleficiis voluntas spectatur, non exitus.

REGULA LIII.

Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Procedit tam in negativo, quam affirmativo.
- 3 Ponitur verus sensus Regule.
- 4 Declaratur exemplis. & seqq.
- 5 Ubi ratione incorporatæ Parochiæ Monasterio competunt decimæ, etiam de Novalibus competunt.
- 6 Qui potest testamentum facere, etiam mortis causâ, donare potest.
- 7 Cui non licet minores honores accipere, nec majores acceptare valet.
- 8 Qui diffamare non potest, minus occidere valet.
- 9 Qui non potest abolvere ab excommunicatione, multò minus dispensare potest ad Ordinum usum.
- 10 Regula non procedit, si majus & minus sunt diversi ordinis.
- 11 Vel diversa in utroque reperitur ratio.
- 12 Qui potest occidere in adulterio deprehensam, non potest eam adigere ad adulterandum cum eo.
- 13 Fallit Regula, quando forma mandati aliquid exigit.
- 14 Quando quis à minore, & non majore expressè prohibetur.
- 15 Fallit in Sacerdote, qui potest sub duplici, sed non sub una specie celebrare.
- 16 In Tutore, utpotè qui, si concedente Præsente potest vendere, tamen oppignorare rem pupillarum non potest.
- 17 Fallit in Præside Provinciarum: & quomodo?

DESUMITUR hæc Regula ex l. Non debet. 21. ff. de Reg. Jur. ibi: Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

Quæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Regulam tam affirmativè, quam negativè intelligi posse, ac debere, ita, ut, sicut in sensu affirmativo verum est: Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus, sic contra in sensu negativo verum quoque sit: Cui non licet, quod est minus, utique non licet, quod est majus. Et quamvis hæc Regula lumine naturæ videatur nota, famoso argumento à majori ad minus, & à minori ad majus desumpto: tamen non adeò universalis est, quin patiatur moderationem, & explicationem; cum non in omnibus, sed illis dumtaxat procedat, quando utramque tam majus videatur, quam minus ejusdem ordinis est, & in utroque eadem reperitur ratio, ac præcipuè si minus in majori continetur tanquam pars in toto, vel species in genere, uti bene observat Vivianus hic, Barbof. hic n. 1. plures citans alios. Hinc

Resp. II. Verus Regule sensus hic est: Cui licet, quod est plus seu majus, licet etiam, quod est minus, si minus in majori, tanquam pars in toto, vel species in genere continetur: aut quando utrumque tam majus, quam minus ejusdem ordinis est, & eadem in utroque reperitur ratio. Regulam hanc suadet naturalis ratio, ubi enim minus continetur in majori tanquam pars in toto, vel species in genere, naturaliter necessario sequitur, quòd, si alicui ratione Testamenti, legati, donationis, contractus vel alterius dispositionis licet accipere, retinere, distrahere totum, ei licere etiam debeat accipere, retinere &c. partem illius: v. g. si licet alicui accipere, vel retinere totam summam centum florenorum, tanquam majus

quid, licebit eidem etiam minus v. g. quinquaginta tanquam partem in illa summa contentam accipere, retinere &c. Item si licet alicui totum fundum occupare, licebit eidem & partem illius tanquam quid minus occupare: Item si licet alicui omnia pecora in stabulo existentia accipere, naturaliter sequitur, ei licere etiam hoc vel illud pecus in specie ibidem: Eadem naturalis sequela est, quando majus, & minus sunt ejusdem ordinis, & eadem in utroque reperitur ratio, uti patebit ab exemplis Juris statim adducendis. Nam

Declaratur, & firmatur Regula exemplis ex Jure desumptis, quorum plura reperire est apud Glossam hic, Strein. Taccin. & alios; & quidem imprimis in sensu affirmativo: Quando licet patri filiam in adulterio deprehensam occidere, licet ei illam etiam suffragare, verbis oburgare, quia hoc minus est, quam occidere. l. Nec in eo. 22. §. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult. ibi: Sed qui occidere potest adulterum, multò magis contumelia poterit esse adficere.

Secundò, si alicui Monasterio ratione Parochiæ incorporatæ indistinctim decimæ accipere licet, licebit eidem eas etiam de Novalibus capere, cum hæc respectu illarum quid minus sint. c. Ex parte. 27. de Decimis. ibi: Cum igitur tibi, quod majus est, sit concessum, ut videlicet decimæ de laboribus terre parochiarum tuarum cum integritate percipias, & Novalibus eas recipere satis potes; quia ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur. Dicitur autem tantum: ratione Parochiæ &c. ob doctrinam Lib. III. Tit. 30. de Decimis. n. 152. & 153. de Novalibus optimè traditam.

Tertio, si alicui licet Testamentum facere, etiam mortis causâ donare licet; quia hoc minus est, arg. l. Tam is. 25. ff. de Mortis caus. Donat. Quarto, quia Judici licet Juramentum in lite deferre, licebit eidem etiam, quod minus est, videlicet taxationem juramento addere. arg. l. Videmus. 4. §. penult. ff. de In litem Jurand.

Sequuntur exempla etiam in sensu negativo: & quidem primò si alicui ex prohibitione non licet minores accipere honores, eidem etiam non licet majores acceptare. l. Relegatorum. 7. §. 22. ff. de Interdictis & Relegatis. ibi: Potest alicui unus honor interdici, sic tamen, ut si cui honore uno interdictionis, non tantum eum honorem petere non possit, verum nec eos quoque, qui eo honore majores sunt. Est enim perquam ridiculum, cum, qui minoribus poenæ causâ prohibitus sit, ad majores aspirare. Majoribus tamen prohibitis, minores petere non prohibetur.

Secundò, quia liberto non licet laceffere famam Patroni sui, ei quoque non licet illam occupare etiam deprehensum in adulterio cum uxore sua, textu clar. l. Si adulterium cum incestu. 38. §. 9. ff. ad Leg. Jul. de Adult. addita ratione: Nam cuius famæ, multò magis vitæ parcendum est.

Tertio, qui non potest abolvere Clerici percussorem ab excommunicatione, nec ad Ordinum usum cum eo dispensare valet; quia istud ex majus illo c. Cum illorum. 32. de Sentent. Excom. ubi etiam ratio additur illis verbis: cum majora intelliguntur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Sic quartò, si alicui non licet verberare, multò minus licebit occidere. Strein. hic n. 1.

Notanter tamen in sensu Regule n. 3. additum est: Si utrumque, tam majus, quam minus videlicet

